



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Heinrich und Friedrich von Alvensleben machen eine Stiftung beim
Kloster Althaldensleben, besonders zum Seelenheil ihrer Eltern, am 8.
April 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XIX. Heinrich und Friedrich von Alvensleben machen eine Stiftung beim Kloster Althaldensleben, besonders zum Seelenheil ihrer Eltern, am 8. April 1306.

— Nos milites Henricus et Fredericus, dicti de Aluenfleue, protestamur publice — — quod postquam compararemus sanctimonialibus in veteri Haldeffleue pro decem marcis pactum seu pensionem vnus mansi fuit in campo ville Glifingen, quod est dimidius chorus tritici, et dimidius chorus filiginis — — donauimus seu deputauimus ad Quitanciam conuentui memorato, ea conditione, quod prepositus seu procurator, qui pro tempore eidem ecclesie presuerit, pro pensione iam dicta vnam marcam siue plus siue minus soluat, et domine Abbatisse et Cellerarie annis singulis representet, ita videlicet, quod per eas media marca in vigilia natiuitatis Christi pro piscibus, altera vero media marca in dominica Reminiscere simili modo pro piscibus — — expendantur. Conuentus vero — — in feria II. ante quatuor tempora que occurrunt in aduentu Domini missam pro defunctis et vigiliis solemniter decantabit, memoriam seu anniversarium domini Gebhard, patris nostri, et domine Metildis, matris nostre, domini Gebhard, fratris nostri, domine Sophie, vxoris sue, domine Perschen, domine Zacharie, domini Gebhard, junioris, domini Gebhard, qui fuit templarius, cuiusdam Ottonis et Mechtildis, communiter peragendo. Altera vero vice in feria VI. quatuor temporum que occurrunt in quadagesima a sanctimonialibus predictis prout superius scriptum est, in missa et in vigiliis pro memoria supra nominatorum idem fiat. — — Datum Arxleue, Anno domini M^o. CCC^o. VI^o. feria VI. septimane pasche.

Aus Wohlbrück's Sammlung nach einer Abschrift im Halb. Domarchiue.

XX. Friedrich von Alvensleben, Meister des Tempelordens, verkauft seinem Bruder Albrecht das Dorf Bülstringen mit Gehungen aus Groppendorf, am 15. September 1307.

In nomine domini amen. Nos frater fredericus de aluenfleue, domorum milicie templi per alemanniam et flauiam preceptor humilis, tenore presencium recognoscimus et ad noticiam presencium quam futurorum cupimus peruenire, quod maturo habito consilio fratrum nostrorum, ac vnanimi eorum consensu, vtilitate et eciam necessitate pensata, dimisimus et vendidimus domino alberto de aluenfleue, militi, fratri nostro carnali, pro Trecentis Marcis Stendalgenfis argenti, villam nostram Bulstringhe cum omni iure et proprietate, prout nos habuimus in villa et in campo, lignis, pratis, pascuis, riulis, viis et inuis et in villa gropendorp Quadraginta quinque solidos denariorum perpetuis temporibus libere et quiete possidendam. Ne igitur super premissis alicui in posterum aliquod dubium oriatur et ne ea, que a nobis et nostris fratribus concorditer sunt ordinata, aliquis infringat, presentem paginam predicto domino alberto militi Sigilli nostri inpressione duximus muniendam. Datum et actum in Curia Wichmanstorp, Anno domini M^o. CCC^o. VII^o., in Crafino Exaltationis sancte Crucis.

Nach dem in dem Hundsb. Archiue befindlichen Original, aus Wohlbrück's Sammlung.